



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCXXI. Die Markgrafen von Brandenburg, Otto, Johann und Woldemar
beleihen die Edelen Friedhelm und Johann von Kottbus mit ihren Lehen zu
gesammter Hand, am 12. Dezember 1304.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

culi nostri, Principis Illustris domini Hermanni, Marchionis de Brandenburg, Burgenfes de civitate Pragenfi ac plane omnes mercatores totius regni Bohemie, qui cum fuis bonis ac mercimoniis terram noſtri domini transire volunt, ſub noſtre protectionis tutelam recipimus, conducentes eodem cum omnibus rebus ſuis et perſonis quibuslibet, de Hamburg usque ad terminos dicti avunculi noſtri, Domini Hermanni, Marchionis de Brandenburg, ac alibi per omnes inter ditiones noſtras, ſecure pre omnibus et ſingulis, qui parent noſtris voluntatibus, precibus et mandatis. Similiter etiam ducatum et ſecuritatem habere debent in exitu, ut in reditu, cum omnibus ſuis mercimoniis, et ſi quiſpiam paratam pecuniam ducet, vel qualescunque res cauſa negotiandi ſibi cum pecunia comparet. Dictis vero burgenſibus regni Bohemie talem gratiam pro ſuo principali favore ac dilectione duximus conferendam eſſe: Pro triginta pannis coloratis ſive non coloratis, excilibus ſive groſſis, dabunt fertonem puri argenti pro Ducatu et ad theloneum duos ſolidos, ut eſt juſtum. Si vero ducent pannos dimidios, ex illis duo panni debent pro uno integro computari. Ceterum ſi officiales noſtri verbis eorum ſimplicibus confidere recuſarent, ſed dicerent, eos plures pannos habere, quam ipſi fatentur; tunc dicti mercatores preſtito juramento, ſi dicti officiales noſtri carere noluerint, deducere debent ſuos pannos, difficultate ac contradictione qualibet pretermiſſa facta. De omnibus aliis mercimoniis ſolvent ac dabunt tale theloneum, ſicut homines Dominorum Marchionum de Brandenburg, avunculorum noſtrorum, dare ac ſolvere conſueverunt. Item adjectum eſt, ſi homines ac mercatores ſupra dicti regni Bohemie, ſub ſecuritate ipſis a nobis conceſſa, ſpoliarentur in terra noſtra rebus ſuis, vel in perſonis lederentur, ſpoliatores tales ſeu moleſtatores perſequi non ceſſabimus bona fide ac ſine dolo, et eorum nunquam erimus amici, donec dictis mercatoribus de illatis omnibus ſit plenarie ſatisfactum. Teſtes hujus facti Burchardus de Bartensleve, Paredam de Knesbeke et Henricus de Wenden, milites, Item Andreas de Aqua et Volckeke, Conſules civitatis noſtre Luneburch, ac alii quam plurimi fide digni. In quorum omnium evidens teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Winſen, Anno Domini Millefimo CCC. Quarto, in die ſancte Bartholomei Apoſtoli.

Zu Len; Brandenb. Urſ. I, 168 mit regni Bohemi ſtatt Bohemie, domini ſtatt domini, ſerenitatem ſtatt ſecuritam und dergl. Ungenauigkeiten.

CCCXXXI. Die Markgrafen von Brandenburg, Otto, Johann und Woldemar beſcheiden die Edelen Friedhelm und Johann von Kottbus mit ihren Lehnen zu geſamnter Hand, am
12. Dezember 1304.

Nos Otto, Johannes et Woldemarus, dei gratia Brandeburgenſes et de Landesberch Marchiones, tenore preſencium recognoviſimus publice ac fideliter profiſtentes, quod dilectis fidelibus noſtris Fredehelmo et Johanni, patris de Kothebuz, omnia bona ſua contulimus in pheodo, omni jure, dominio, utilitate et proſectu, quo habuerunt ab illuſtri principe Domino Henrico, quondam Marchione Miſnenſi, et a ſucceſſ-

foribus suis, videlicet Domino Alberto Turingie Lantgrauio et a suo filio Domino Thydmano Turingie Lantgrauio et possiderunt pacifice et quiete. Insuper recognoscimus, quod predictis fidelibus nostris ambobus simul omnia eorum bona contulimus ita videlicet, quod non obstante eo, si Fredehelmum cum Johanne in bonis hujusmodi contingeret vel contigerit ab inuicem separari, et si Johannes aut Fredehelmus sine heredibus vel sine herede de medio sublatus fuerit, quod bona alterius ad alterum et ad suos heredes sine medio deuoluantur. In cuius rei euidenciam et euidencius argumentum presens nostrum scriptum eisdem desuper dari iussimus, cum nostrorum sigillorum appensionibus informatum. Actum et Datum Grimniz, anno domini M^o. CCC^o. III^o., sabbatho ante Lucie virginis proximo, presentibus fidelibus nostris karissimis, Domino Conrado de Redere, Borchgrauio Hermanno de Gollin, Henrico de Stegheliz, Nicolao de Buck nostre curie dapi-feris, Henningo de Stegheliz, Otto de Holtscendorp nostre curie Marscalco et quam pluribus aliis fidedignis.

Nach dem Originale des K. Geh. Kab.-Archives 420, 7. Ungenau in Gercken's Cod. IV., 370.

CCCXXXII. Verordnung des Markgrafen Otto von Brandenburg wegen der Bede und des Schosses in der Stadt Baunzen, vom 13. Dezember 1304.

Otto, dei gracia Brandenburgensis et de Landisberg Marchio, fidei famulo domino huringo gratiam suam et omne bonum. Tue notum facimus fidelitati, quod dilecti nostri Cives in budiffin nullam prorsus debeant dare precariam de Molendino et aliis bonis, de quibus dant exactionem in ciuitate siue confagittacionem, quod Scotz volgariter nuncupatur: et super isto eisdem donauimus nostras patentes literas, sigilli nostri munimine roboratas. Datum Grimniz, in die Lucie.

Nach einer vom Polizeirathe Kbhler zu Gbrlich mitgetheilten Abschrift des Originals im Baunzer Stadtarchive. Die Urkunde ist schon von dem Verzeichnisse der Oberlausitzischen Urkunden S. 21 in die Zeit zwischen 1304 und 1308 gesetzt. Ohne Zweifel gehört sie in das Jahr 1304, da aus der vorhergehenden Urkunde hervorgeht, daß der Markgraf Otto das Fest der heiligen Jungfrau Lucia im Jahre 1304 zu Grimniz in der Ufermark feierte.

CCCXXXIII. Revers des Abtes Johann zu Scharnebeck im Lüneburgischen über die Gedächtnißfeier des Markgrafen Otto des Langen von Brandenburg, ausgestellt im Dezember 1304.

Nos frater Johannes, abbas monasterii in Riwo sancte Marie, recognoscimus tenore presencium protestantes, quod dominus Nicolaus filius Johannis, Bertoldi quondam filii, canonicus ecclesie Bardewicensis, presentauit nobis decem marcas Stendalensis argenti, quarum amminiculo comparauimus curiam Henrici, quondam dicti de Ochthufen, in Lüneburg in vico situatam, qui Mare dicitur, sub hac forma: Tota medietas pensionis curie supradicte cedet ad consolacionem conuentus nostri, annis singulis, ritu per-